



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

CONGREGAZIONE DELLA BEATA VERGINE ANNUNZIATA TRENTO,
*Officium defunctorum dici solitum in obitu sodalium. Congregationis
beatissimae Virginis Mariae Annuntiatae institutae in collegio
Societatis Iesu Tridenti*, Trento, Francesco Nicolò Vida, 1689.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I i 97

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/314>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. T. ~~d. 50A~~

77

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris




K 2072572

D 2034170

5tca

T I I 97





70

OFFICIUM
DEFVNCTORVM

DICI SOLITVM IN OBITU
SODALIVM.

Congregationis Beatissimæ Virginis

MARIÆ ANNUNTIATÆ


Institutæ in Collegio Societatis IESV
Tridenti.



TRIDENTI, M. DC. LXXXIX.

Typis Francisci Nicolai Vidæ, Impresor. Episcop.
Superiorum permisso.

Con Maj. vid.



OFFICIUM DEFUNCTOIVM

AD MATVTINVM.

Inuitat. Regem, cui omnia viuunt, *
Venite adoremus. *Repetitur.* Regem,
cui omnia viuunt, * Venite adoremus.

Psalmus 94

Venite exulemus Domino, iu-
bilemus Deo salutari nostro:
præoccupemus faciem eius
in confessione, & in psalmis
iubilemus ei. *Regem* cui omnia vi-
uunt, Venite adoremus.

Quoniam Deus magnus Dominus,
& Rex magnus super omnes Deos; quo-
niam non repellet Dominus plebem
suam, quia in manu eius sunt omnes
fines terræ, & altitudines montium.

ipse conspicit. Venite adoremus.

Quoniam ipse est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundaverunt manus eius: venite adoremus, & proci-
damus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus eius, & oves pascuæ eius. **R**egem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri probaverunt, & viderunt opera mea. **V**enite adoremus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi: Semper hi errant corde: ipsi verò non cognoverunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Regem, cui omnia vivunt, Venite

adoremus.

Requiem æternam dona eis Domine:
& lux perpetua luceat eis . **V**enite
adoremus. **R**egem, cui omnia vivunt.
Venite adoremus.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Antiphona. Dirige Domine Deus meus
in conspectu tuo viam meam .

Psalms 5.

Verba mea auribus percipe Do-
mine , * intellige clamorem
meum .

Intende voci orationis meæ, * Rex
meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine ma-
nè exaudies vocem meam .

Manè astabo tibi, & videbo: * quoniam
non Deus volens iniquitatem tu es .

Neque habitabit iuxta te malignus: *
neque permanebunt iniusti ante oculos
tuos .

Odisti omnes, qui operantur iniqui-

tatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Intrōibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum; linguis suis dolosè agebant: * iudica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: * quoniam irritauerunt te Domine.

Et latentur omnes, qui sperant in te: * in æternum exultabunt, & habitabis

in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: * quoniam tu benedices iusto.

Domine, ut scuto bonæ uoluntatis tuæ: * coronasti nos. Requiem æternam.

Antiphona Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo uiam meam.

Antiphona. Conuertere Domine, & eripe animam meam, quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: * sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed tu Domine usquequò?

Conuertere Domine, & eripe animam

meam

meam: * saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laborauit in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur, & erubescant valdè velociter.

Requiem æternam.

Antiphona. Convertere Domine, & eripe animam meam: quoniam non est

in morte, qui memor sit tui.

Antiphona. Ne quando rapiat, vt leo animam meam; dum non est, qui redimat, neque qui saluum faciat.

Psalmus 7.

Domine Deus meus in te speravi: *
saluum me fac ex omnibus per-
sequentibus me, & libera me.

Ne quando rapiat, vt leo animam
meam; * dum non est, qui redimat, ne-
que qui saluum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud: * si
est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: *
decidam meritò ab inimicis meis ina-
nis.

Persequatur inimicus animam meam,
& comprehendat, & conculcet in terra
vitam meam: * & gloriam meam in
pulverem deducat.

Exurge Domine in ira tua: * & exalta-
re in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: * & synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: * Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine secundum iustitiam meam: * & secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum: * scrutans corda, & renes Deus.

Iustum adiutorium meum à Domino: * qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis, & patiens: * numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: * arcum suum tetendit, & paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis: * sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturijt iniustitiam: * concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit eum : * & incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor eius in caput eius : * & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor Domino secundum iustitiam eius : * & psallam nomini Domini altissimi.

Requiem æternam.

Antiphona. Ne quando rapiat vt leo animam meam, dum non est, qui redimat, neque qui saluum faciat.

V. A porta inferi.

R. Erue Domine animas eorum.

Pater noster. *totum secreto.*

Lectioj.

Iob. 7.d.

Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Usquequò non parcis mihi,

ne dimittis me, vt glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi ò custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipso gravis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam: & si manè me quæsieris, non subsistam.

R. Credo quòd Redemptor meus vivit: & in novissimo die de terra surrecturus sum: * Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

V. Quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

Lectio ij.

Iob. 10.

Tædet animam meam vitæ meæ, dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritu-

dine

dine animæ meæ. Dicam Deo : Noli me condemnare; indica mihi, cur me ita iudices? Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuves? Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum, scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

R. Qui Lazarum resuscitasti à monumento fœtidum: * Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ.

V. Qui venturus es iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. **T**u eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ.

Lectio iij.

Iob. 10. b.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me? Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me; ossibus, & nervis compegisti me. Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.

R. Domine, quando veneris iudicare terram, ubi me abscondam à vultu iræ tuæ? Quia peccavi nimis in vita mea.

V. Commissa mea paveſco, & ante te erubescō: dum veneris iudicare, noli me condemnare. **Q**uia peccavi nimis in vita mea.

V. Requiem æternam dona eis Domine; & lux perpetua luceat eis. **Q**uia peccavi nimis in vita mea.

IN SECUNDO NOCTVRNO.

Antiphona. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Psalms 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit : * in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me : * animam meam convertit.

Deduxit me super semitas iustitiæ : * propter nomen suum.

Nam & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala : * quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus : * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam : * adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum : * & calix meus inebrians quàm præclarus est !

Et misericordia tua subsequetur me : * omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini: * in longitudinem dierum.

Requiem aeternam.

Antiphona. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Antiphona. Delicta iuventutis meæ, & ignorantias meas, ne memineris Domine.

Psalmus 24.

AD te Domine levavi animam meam: * Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: * etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes * supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi: * & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: * quia tu es Deus salvator meus, & te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum

Domine

Domine : * & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.

Delicta iuventutis meæ : * & ignorantias meas ne memineris .

Secundùm misericordiam tuam memento mei tu : * propter bonitatem tuam Domine .

Dulcis, & rectus Dominus : * propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio : * docebit mites vias suas.

Vniuersæ viæ Domini, misericordia, & veritas : * requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo : * multum est enim .

Quis est homo, qui timet Dominum? * legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur : * & semen eius hereditabit terram.

Firmamentū est Dominus timentibus

eum: * & testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum : * quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, & miserere mei: * quia unicus, & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: * de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, & laborem meum: * & dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: * & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, & erue me: * non erubescam, quoniam speravi in te.

Innocentes, & recti adhæserunt mihi: * quia sustinui te.

Libera Deus Israel: * ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem æternam.

Antiphona. Delicta iuventutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris Domine.

Antiphona. Credo videre bona Domini in terra viventium.

Psalmus 26.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: * quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: * à quo trepidabo?

Dum appropriant super me nocentes: * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: * ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Si consistant adversùm me castra: * non timebit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium: * in hoc ego sperabo.

Vnam petij à Domino, hanc requiram: * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluptatem Domini: * &

visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: * & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuiui, & immolavi in tabernaculo eius hostiam vociferationis: * cantabo, & psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: * miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: * faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam à me: * ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto: * ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via:

tua:

tua: * & dirige me in semitam rectam ,
propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulan-
tium me: * quoniam insurrexerunt in
me testes iniqui, & mentita est iniqui-
tas sibi.

Credo videre bona Domini: * in terra
viventium.

Expecta Dominum, viriliter age: * &
confortetur cor tuum, & sustine Do-
minum. **R**equiem eternam.

Antiphona. Credo videre bona Do-
mini in terra viventium.

V. Collocet eos Dominus cum princi-
pibus. **R.** Cum principibus populi sui:

Pater noster. **totum secreto**

Lectio iiii

Iob. 13. d.

Responde mihi : quantas ha-
beo iniquitates , & peccata ,
scelera mea , & delicta ostende mi-
hi . Cur faciem tuam abscondis ,
& arbitraris me inimicum tuum ?

Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris: Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.

R. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea: *Nec aspiciat me visus hominis.

V. De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.

N. Nec aspiciat me visus hominis.

Lectio v.

Iob. 14.

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut

umbra

umbra , & numquam in eodem statu permanet . Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos , & adducere eum tecum in iudicium ? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine ? Nonne tu qui solus es ? Breues dies hominis sunt , numerus mensium eius apud te est : constituisti terminos eius , qui præteriri non poterunt . Recede paululum ab eo , vt quiescat , donec optata veniat , sicut mercenarij dies eius .

R. Hei mihi Domine , quia peccavi nimis in vita mea . Quid faciam miser ? vbi fugiam ? nisi ad te Deus meus ? * Miserere mei , dum veneris in nouissimo die .

V. Anima mea turbata est valdè , sed tu Domine succurre ei . **Miserere mei , dum veneris in nouissimo die .**

Lectio vj.

Iob. 14.c.

Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursus vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

R. Ne recorderis peccata mea Domine: * Dum veneris iudicare sæculum, per ignem.

V. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. **D**um veneris iudicare sæculum per ignem.

V. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Dum

Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Antiphona. Complaceat tibi Domine, ut eripias me: Domine ad adiuuandum me respice.

Psalms 39.

EXpectans expectavi Dominum: *
& intendit mihi.

Et exaudivit preces meas: * & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto facis.

Et statuit super petram pedes meos: *
& direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum: * carmen Deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt: * & sperabunt in Domino.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius: * & non respexit in vanitates, & infanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus

mirabilia tua: * & cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi.

Annuntiavi, & locutus sum: * multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium, & oblationem noluisti: * aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum, & pro peccato non postulasti: * tunc dixi ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: * Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi iustitiam tuam in Ecclesia magna: * ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: * veritatem tuam, & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam: * à concilio multo.

Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me: * misericordia

& veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: * comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui, ut viderem.

Multiplicatae sunt super capillos capitis mei: * & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine, vt eruas me: * Domine ad adiuvandum me respice.

Confundantur, & vereantur simul, qui querunt animam meam: * ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, & vereantur: * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: * qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent, & latentur super te omnes quærentes te: * & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper: *
 Dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus, & protector meus tu
 es: * Deus meus ne tardaveris.

Requiem æternam.

Antiphona: Complaceat tibi Domi-
 ne, ut eripias me: Domine ad adiu-
 vandum me respice.

Antiphona. Sana Domine animam
 meam, quia peccavi tibi.

Psalmus 40.

Beatissimus, qui intelligit super egenum
 & pauperem: * in die mala libe-
 rabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, & vivificet
 eum, & beatum faciat eum in terra: *
 & non tradat eum in animam inimico-
 rum eius.

Dominus opem ferat illi super lectum
 doloris eius: * universum stratum eius
 versasti in infirmitate eius.

Ego dixi: Domine miserere mei: *

animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi : *

Quando morietur, & peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur : * cor eius congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras : * & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei : * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me : * Numquid qui dormit, non adjiciet, ut resurgat?

Etenim homo pacis meae, in quo speravi : * qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me : * & retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me : * quoniam non gaudebit inimicus meus

super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: * & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & usque in sæculum: * fiat, fiat.

Requiem æternam.

Antiphona. Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi.

Antiphona. Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem Domini?

Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: * quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meę panes die, ac nocte: * dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me
animam meam: * quoniam transibo in
locum tabernaculi admirabilis, usque
ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis: *
sonus epulantis.

Quare tristises anima mea? * & quare
conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confi-
tebor illi: * salutare vultus mei, &
Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata
est: * propterea memor ero tui de ter-
ra Iordanis: * & Hermonijm à monte
modico.

Abyssus abyssum invocat: * in voce
cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui: *
super me transferunt.

In die mandavit Dominus miseri-
cordiam suam: * & nocte canticum
eius.

A pud me oratio Deo vitæ meæ : * dicam Deo : Susceptor meus es.

Q uare oblitus es mei : * & quare contristatus incedo , dum affligit me inimicus ?

D um confringuntur ossa mea : * exprobraverunt mihi , qui tribulant me inimici mei.

D um : dicunt mihi per singulos dies : Vbi est Deus tuus ? * quare tristis es anima mea , & quare conturbas me ?

S pera in Deo , quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei , & Deus meus.

R equiem æternam.

Antiphona. Sitivit anima mea ad Deum vivum : quando veniam , & apparebo ante faciem Domini.

V. Ne tradas bestijs animas confidentes tibi.

R. Et animas pauperum tuorum ne

obliviscaris in finem.

Pater noster. *totum secreto.*

Lectio vij.

Iob. 17.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rursus post tenebras spero lucem. Si sustinero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es: mater mea, & soror mea, vermibus. Vbi est ergo nunc praestolatio mea, & patientiam meam quis considerat?

R. Pec-

R Peccantem me quotidie, & non me
 pœnitentem, timor mortis conturbat
 me: * Quia in inferno nulla est redem-
 ptio, miserere mei Deus, & salva me.
V Deus in nomine tuo saluum me fac,
 & in virtute tua libera me. **Q**uia in in-
 ferno nulla est redemptio, miserere mei
 Deus, & salva me.

Lectio viij.

Iob. 19.

Pelli meæ, consumptis carnibus,
 adhæsit os meum, & derelicta
 sunt tantummodò labia circa den-
 tes meos. Misere mini mei, mise-
 remini mei, saltem vos amici mei,
 quia manus Domini tetigit me.
 Quare persequimini me sicut Deus,
 & carnibus meis saturamini? Quis
 mihi tribuat, vt scribantur ser-
 mones mei? quis mihi det, ut
 exarentur in libro stylo ferreo, &
 plumbi lamina, vel celte sculpan-
 tur in filice? Scio enim quòd Re-

dem-

demptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.

R Domine, secundum actum meum noli me iudicare: nihil dignum in conspectu tuo egi: ideò deprecor maiestatem tuam: * Ut tu Deus deleas iniquitatem meam.

V Amplius lava me Domine ab iniustitia mea, & à delicto meo munda me.

Vt tu Deus deleas iniquitatem meam.

Lectio ix.

Iob. 10. d

Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuisset quasi non essem, de utero translatus ad tumulum.

Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, & non revertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caliginæ: terram miseræ, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

R. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda: * Quando cœli movendi sunt, & terra: * Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

V. Tremens factus sum ego, & timeo dum discussio venerit, atque ventura ira. **Q**uando cœli movendi sunt, & terra.

V. Dies illa, dies iræ, calamitatis, & miseræ, dies magna, & amara valdè. **D**um veneris iudicare sæculum per ignem.

V. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda. Quando cæli movendi sunt, & terra. Dum veneris iudicare sæculum per ignem.



A D L A V D E S.

Antiphona. Exultabunt Domino of-
fa humiliata.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus : * secun-
dum magnam misericordiam
tuam.

Et secundum multitudinem misera-
tionum tuarum : * dele iniquitatem
meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : *
& à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego co-
gnosco : * & peccatum meum contra
me est semper.

Tibi soli peccavi , & malum coram te
feci : * ut iustificeris in sermonibus tuis,
& vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus
sum : * & in peccatis concepit me ma-
ter mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * in

certa, & occulta sapientiæ tuæ manifesta mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: *
lavabis me, & super nivem dealbor.

Aditui meo dabis gaudium, & lætiti-
am: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis,
& omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * &
spiritum rectum innova in visceribus
meis.

Ne proijeias me à facie tua: * & spiri-
tum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiā salutaris tui: * &
spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impij
ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus,
Deus salutis meæ: * & exultabit lin-
gua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: * & os

meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum, & humiliatum Deus non despicias.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem æternam.

Antiphona. Exultabunt Domino ossa humiliata.

Antiphona : Exaudi Domine orationem meam, ad te omnis caro veniet.



Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: * &
 * tibi reddetur votum in Ierusa-
 lem.

Exaudi orationem meam: * ad te om-
 nis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt su-
 per nos: * & impietatibus nostris tu
 propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: *
 inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: * san-
 ctum est templum tuum, mirabile in
 æquitate.

Exaudi nos Deus, salutaris noster: *
 spes omnium finium terræ, & in mari
 longè.

Præparans montes in virtute tua, ac-
 cinctus potentia: * qui conturbas pro-
 fundum maris, sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes, & timebunt,
 qui habitant terminos à signis

tuis: * exitus matutini, & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: * quoniam ita est preparatio eius.

Rivos eius inebria, multiplica gemina eius: * in stillicidijs eius lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: * & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti: * & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: * clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem æternam.

Antiphona Exaudi Domine orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Antiphona: Me suscepit dextera tua
Domine.

Psalms 62.

Deus Deus meus * ad te de luce
vigilo.

Sitavit in te anima mea: * quàm multi-
pliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & in via, & in aquosa: *
sic in sancto apparui tibi, vt viderem
virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua,
super vitas: * labia mea laudabunt
te.

Sic benedicam te in vita mea: * &
in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur
anima mea: * & labijs exultationis lau-
dabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum,
in matutinis meditabor in te: * quia
fuiſti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui iurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus Gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent Gentes: * quoniam iudicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus : confiteantur tibi populi omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus : & metuant eum omnes fines terræ.

Requiem æternam.

Antiph. Me suscepit dextera tua Dñe.

Antiphona. A porta inferi erue Domine animam meam.

Canticum Ezechia : Isaia 38.

Ego dixi : In dimidio dierum meorum : * vadam ad portas inferi.

Quæsiui residuum annorum meorum : * dixi : Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra : * & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est, & convoluta est à me : * quasi tabernaculum pastorum.

Precisa est velut à texente vita
mea: dum adhuc ordiret, succidit me: *
de manè vsque ad vesperam finies me.

Sperabam vsque ad manè: * quasi
leo sic contrivit omnia ossa mea.

De manè vsque ad vesperam finies
me: * sicut pullus hirundinis sic cla-
mabo, meditabor ut columba.

Atenuati sunt oculi mei: * susci-
pientes in excelsum.

Domine vim patior, responde pro
me: * quid dicam, aut quid respon-
debit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos: *
in amaritudine animæ meæ:

Domine si sic vivitur, & in talibus
vita spiritus mei, corripies me, &
vivificabis me: * ecce in pace ama-
ritudo mea amarissima.

Tu autem cruisti animam meam,
vt non periret: * projecisti post ter-

gum tuum omnia peccata mea .

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te : * non expectabunt , qui descendunt in lacum , veritatem tuam .

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie : * pater filijs notam faciet veritatem tuam .

Domine saluum me fac : * & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini .

Requiem æternam.

Antiphona . A porta inferi erue Domine animam meam .

Antiphona . Omnis spiritus laudet Dominum .

Psalmus 148.

Laudate Dominum de cœlis : *
laudate eum in excelsis .

Laudate eum omnes Angeli eius : *
laudate eum omnes virtutes eius .

Laudate eum sol & luna : * laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cæli cælorum : * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt : * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi : * præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra : * dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : * quæ faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles : * ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestia, & universa pecora : * serpentes, & volucres pennatae.

Reges terræ, & omnes populi : principes, & omnes iudices terræ.

Iuvenes, & virgines, senes cum iu-

nioribus laudent nomen Domini : *
quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cælum , & ter-
ram : * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius : * fi-
lijs Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149:

Cantate Dño canticum novum : *
laus eius in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum : *
& filij Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro : * in
tympano, & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in
populo suo : * & exaltabit mansue-
tos in salutem.

Exaltabunt sancti in gloria : * læ-
tabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : *
& gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationi-

bus: * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manibus ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis eius: * laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in cordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem æternam .

Antiphona. Omnis spiritus laudet
Dominum .

✠. **V.** Audivi vocē de cælo dicentē mihi.

R. Beati mortui, qui in Domino moriuntur .

Antiphona. Ego sum resurrectio, & vita : qui credit in me , etiam si mortuus fuerit, vivet : & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum .

Canticum Zachariæ Luc. i.

Benedictus Dominus Deus Israel : * quia visitavit , & fecit redemptionem plebis suæ .

Et erexit cornu salutis nobis : * in domo David pueri sui .

Sicut locutus est per os sanctorum : * qui à sæculo sunt Prophetarum eius .

Salutem ex inimicis nostris : * & de manu omnium , qui oderunt nos .

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum: * daturum se nobis.

Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati: * seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia coram ipso: * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis pl b eius: * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, &

in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem æternam.

Antiphona. Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Pro defuncto Episcopo. Oratio.

Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum **N.** Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; vt eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum.

Pro defuncto Sacerdote. Oratio.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum **N.** Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpe-

tuo aggregetur consortio . Per Dominum nostrum .


Pro vno defuncto Oratio


Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur : vt animā famuli tui **N.** quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum iubeas esse consortem . Per Dominum nostrum .

Laus Deo, & Santissimæ Virgini Annuntiatae .

TRIDENTI M. DC. LXXXIX.

Typis Francisci Nicolai Vidæ, Impressor. Episcop.
Sub Signo S. Vigilij .





Biblioteca
Comunale

T
I
I
97

TRENTO

7



OFFICIUM

VM

OBITU

virginis

MIATÆ

IESV



ONS.

XXXIX.

xrite

colorchecker



MSCCPPCC0613



Impressor. Episcop. Superiorum permisso.

Handwritten signature or initials, possibly 'Maj. no.'